



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Liber IV. De Satisfactione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

LIBER IV.

DE
SANCTIFICATIONE
CAPVT I.De Pœnitentia iniun-
genda à Confes-
sario.

§. I.

*An Confessor possit nullam iniun-
gere pœnitentiam.*

CERTUM est apud omnes a *Trid.*
Confessarium teneri a *sess. 14 c.*
commuiter, sub aliqua *8. & Com.*
obligatione ; imponere *nis utri-*
pœnitentiam, atque adeo sup. *usque de*
poni in ipso auctoritatem ad *pen. Bre.*
eam iniungendam, tam in puni- *mis De-*
tionem peccatorum, quia est *lig. de*

pæn disp
25. sec. 4.
n. 49

judex: quàm in medelam, quia
est Medicus. Dixi (sub aliqua
obligatione) nam si relinqueres,
sine contemptu, levem pæniten-
tiam imponere pro venialibus,
vel pro sæpè confessis; non
puto mortaliter peccaturum,
propter levitatem materiæ, ali-
asque rationes à citato Delugo
ibidem deductas. Dixi item

b Flag 2.
Ec. præc.
lib. 9. c. 3
n. 7.

(communiter,) quia Primo
quando in articulo mortis pæniten-
tiam exhibere, ut si im-
pos esset rationis, vel admodum
debilis; nulla iniungenda esset
quia vel physicè, vel moraliter
huius incapax est.

c Coninch
de pænit.
disp 10.
n. 63

2 Secundo, idem est si cui re-
velaretur, suum pænitentiam
perfectè pro suis peccatis satis-
fuisse, nec indigere in futuro
remedio; quia ubi nullum est
debitum pænitiæ; nulla est debita
pænitentia: & ubi nullum est

d Suar
disp 38.
sect 3 n. 4

4 C
prævio
execut
est sati

pericu
medi
32
solven
sua fa
sa con
signis
integr
pro pe
judici
natur
& talis
ipsam
nemq
si inte
lis cer
non o
tamen
facile
nitent
semel
nomen
4 C
prævio
execut
est sati

periculum infirmandi; nulla est
medicina adhibenda.

3 Tertio potest Confessor abs-
olvere, nulla, vel modica impo-
sita satisfactione; quando, ex ip-
sa confessione, & ex materia, &
signis eius intelligis pœnitentē
integrè, velex parte satisfecisse
pro peccatis suis; quia æquitas
iudicii postulat, ut solum impo-
natur ea pœna, quæ est debita:
& talis, qualis debetur, sanè per
ipsam contritionem, confessio-
nemque homo satisfacit: unde *e Idem ib.*
si interdum illa satisfactio æqua .f. *Ibid.*
lis censeatur; aliam superaddere
non oportebit. e Consultum f
tamen est, in eiusmodi casibus,
facile aliquid imponere pro pœ-
nitentia; ut mentem ad Deum
semel elevare, semel proferre
nomen Iesu, &c.

4 Quarto. quandò Confessor
prævidet fore, ut pœnitens non
executurus sit pœnitentiã: satius
est satis modicam imperare.

g Sed

g Fagun. g Sed in hoc casu addenda erit
20. Eccl. monitio, quæ paulò infra affe-
præcep. li. retur, §. 3. num. 12.

9. c. 3. n.

10.

h Ib. n. 9.

5 Quintò, quando scrupu-
losus sæpius intra horam rediit
ad confessarium cum novis cul-
pis, ut sæpè absolvatur: potest
relinqui h pænitentiaè imposi-
tio: quia supponitur satis imposi-
ta in præcedentibus.

6 Sextò, quando quis lucra-
tus est Indulgentiam plenariam
poterit dimitti sine impositione
pænitentiaè. Ratio est eadem
quæ dicta est superius quia ni-
mirum per illam satisfactum est
debito pænæ. Sanè Bonifacius
VIII. ut refert i Glossa, volebat
Confessarios imponere aliquam
pænitentiam iis, qui iubilæum
Anni Sancti lucrabantur: quia
nimirum satisfactione alia non
indigebant Et S. I. Thom. dicit
esse de consilio pænitentiam im-
plere; quando quis indulgentiam
am lucratur.

i Extra

Antiquo-

rum de

pæn. &

rem apud

Delugo

disp. 27.

de pænit.

sec. 1. n. 33

7 Dices, at quis scit se verè
lucratum esse Indulgentiam?
Respondeo, licet rarò, vel nun-
quam possit constare integrè ali-
quem satisfacisse pro peccatis,
vel Indulgentiam fuisse lucra-
tum: dico tamen ad nostram rem
sufficere *m* quod probabiliter
quis videatur, satisfacisse: cum
probabilitas sufficiat, ut quis
prudenter operetur.

1s. Th. in
4 dist. 20
q. 1. ar. 3.
q. 1.

m Pet. de
Soto sect.
ultima de
de satisf.
addictus
à De Lug.
de pœn. d.
25 sect. 4.
n. 48.

§. 2.

*De Auctoritate Confessoris in
injuenda pœnitentia
sub præcepto.*

8 **A**Liqui ita explicant au-
doritatem confessorii in
injuenda Pœnitenti pœni-
tentia: ut dicant ipsum posse in-
jungere sub præcepto. Alii, ut
possit solum per modum consi-
lii conditionatè, in hunc v. gr.
modum: si vis acquirere relaxa-
tionem

X

tionem poenae ex opere operato;
hoc, vel aliud opus exhibeas.

Alii posse utroque modo, id

quod probabilius est. *a* Ratio
est mox dicenda c. 2 §. 1.

Addunt tamen communiter

Doctores, cenferi regulariter

Confessorem dare praecipit

dum poenitentiam absolute im-

ponit: cum tamen suam inten-

tionem explicaverit in contra-

rium; tunc esse sub praedicta

conditionato consilio.

Turrian.

quos sequi

De

Lug. de

poen. d. 25.

sec 4. n. 54

omnibus, possit quamcumque

inungere; modo, omnibus

item perpensis, observet, quae

vult Tridentinum, *a* dicens con-

peccatorum participes, qui, sine

justa causa, pro gravibus pecca-

tis leves poenitentias injun-

gant.

Trid sess.

14. c. 8.

§. 3.
Quanta imponi Poenitentia debet.

9 Ita id reliquitur arbitrio

Confessoris; ut, spectante

omnibus, possit quamcumque

inungere; modo, omnibus

item perpensis, observet, quae

vult Tridentinum, *a* dicens con-

peccatorum participes, qui, sine

justa causa, pro gravibus pecca-

tis leves poenitentias injun-

gant.

10 Notatamen in hoc, præci-
 pue esse spectandum utilitatem,
 necessitatemq; spirituales pœ-
 nitentis : adeoque persæpè mo-
 derandam esse pœnitentiam, le-
 vioremque, quam pœnitens me-
 retur imponendam : ut si verb.
 grat. timeatur pusillanimitas,
 vel horror Confessionis in pœ-
 nitente. Audi Nazianzenum; *b Nazian*
 Hanc, inquit, rationem tene, ut *zenus o-*
 partim cum corrigas, idque le- *rat. 26. de*
 niter, & humanè, non ut hostis, *moderat.*
 neque ut durus, & rigidus me- *in d. ser-*
 dicus. Ex qua doctrina sic ha- *vanda sub*
 bet præpositus. *c Non debet ea-*
 dem pœnitentia injungi debili, *finem*
 & forti: pauperi & diviti. *c Præpos.*
 Debet ergo sacerdos considerare *in 3. part.*
 fragilitatem pœnitentis, ejus *de pœn.*
 contritionem, proclivitatem ad *dub. 7.*
 peccandum, &c. Præstat autem
 interdum prudenter dissimula-
 re, minores pœnitentias injun-
 gendo, quam austeritate ni-
 mia homines ab hoc sacramento

avocare : juxta illud Auctoris
operis imperfecti in Matth.
Et si erramus, modicam pœnitentiam
imponentes : nonne melius
est propter misericordiam,
quàm propter crudelitatem? Vo-
de cum prudenter timetur, quod
pœnitens non exequetur major-
em pœnitentiam ; quam mere-
tur : minor potest injungi reli-
quum Deo commendando. Hæc
Præpositus.

*à Polanc.
in direct.
conf. c. 2.
§. quod at-
tinet.*

12 Addit sic Polancus.
Confessor quædam etiam pœni-
tentis relinquat arbitrio : ut
dicat, hoc facias, vel si malueris
illud. Demum potius unum Pa-
ter, & Ave imponat : quam recu-
dere sinat afflictum, vel despera-
tum pœnitentem (adde, vel hor-
rore confessionis affectum) ob
pœnitentiæ gravitatem. Quan-
do autem exigua injungitur
pœnitentia : indicari possit quod
majorem meretur (si quidem se-
r. ma)

premissis pro quovis mortali ex
ulsuerat) si tamen timeretur ni-
miadejectio, vel diffidentia;
non expedit hoc dicere. Hæc
Polancus.

13 Denique e sic De Lugo:
Pœnitentia debet esse salutaris,
& conveniens; hoc est primo lo-
co attendi debet ad utilitatem
spiritualem pœnitentis, ne scis
licet laquei ei injiciantur, ut
nova peccata committat. Ex hoc
potissimum capite excusari po-
test hodierna praxis, qua leves
pœnitentiæ imponuntur pro
gravissimis peccatis: id enim
sæpè fit propter spiritualem in-
firmitatem pœnitentium, qui
gravioribus pœnitentiis scanda-
lizabuntur: & vel Confessio-
nem fugient, vel certè Confes-
sarios ineptos adibunt, qui eos
curare nesciunt. Denique in
dubio inclinandum est in par-
tem benigniorem, in qua minus
est periculi. Monendi tamen

e De Lugo.
de pœn. d.
25 sec. 5.
n. 60.

sunt pœnitentes de insufficien-
tia satisfactionis injunctæ, &
consulendus est ipsis usus indul-
gentiarum, & aliquando impo-
nendus, ut sic suppleatur defe-
ctus propriæ satisfactionis. Hæc
prudenter De Lugo.

§. 4.

*Cujus generis Pœnitentiam de-
beat Confessor injungere,*

13 **D**E tribus esse solet diffi-
cultas. Primò de opere
interno; Secundò de aliàs debi-
to. Tertiò de opere pro defun-
ctis. Quoad primum, quamvis
communiter expediat, ut exter-
nam pœnitentiam Confessor in-
jungat, tamen potest & merè in-
ternam. Ratio est, quia ex una
parte satis sensibilis fit ex exter-
na injunctioe Confessoris: &
ex altera, ex se est opus aptum
ad satisfaciendum, & sæpissimè
est multum utile pœnitenti, ut
recordetur quis v. g. pœnarum
Gehennæ, ut clever mentem ad
Deum,

2 *Suar. d.*
de pœn. 48
sec 6. n 4.
& alii a:
pud Bon.
de pœn d.
§ 95. sec.
3. p. 2. n 10

Deum, ut se aspicere Christum
cruci affixum imaginetur, &c.

14 Quoad secundum potest
betiam pro pœnitentia injungi *bIdem ibi*

opus, ad quod alias tenetur pœ-
nitens, ut Sacro interesse tali
die festivo, recitari horas à Sa-
cerdote, &c. Ratio est, quia et-

iam per hæc opera satisfacimus
pro peccatis, & expedit aliquan-
do ita alicui injungere, ut ma-

jorem diligentiam in hujusmo-
di operibus præceptis adhibeat.
Tunc autem duo peccata specie

diversa, atque adeo specialiter
Confessori patefacienda com-
mitteret pœnitens, si tale opus *cVasq. a-*

non exhiberet; alterum contra *liique a-*

obligationem ortam ex Ecclesiæ *pud De*

præcepto: alterum contra obliga- *Lugo d. de*

tionem ortam ex hoc Sacramēto. *pœn 25.*

15 Nota tamen communiter *sec. 5. n. 67*

expedire, ut injungatur illud
opus, ad quod alias pœnitens
non tenetur. Immò si nihil addat
explicando mentem suã Confes-

ufficien-
stæ, &
s indul-
o impo-
ur defe-
nis. Hæc
iam de-
ere,
let diffi-
de opere
às debi-
o defun-
quamvis
t exter-
effor in-
merè in-
a ex una
ex exter-
oris: &
s apum
æpissimè
enti, ut
œnarum
entem ad
Deum



sarius; intelligitur de opere alias non debito. Vt si dicat; Ad te uni Sacro: intelligitur præter illud, ad quod quis tenetur in die Festo. Quod si diceret: in hac die Dominica audi duo Sacra; puto *d* ex his verbis colligi, quod, præter Sacrum debitum ex Festo, aliud unum debeat quis audire, non vero duo: ex tali enim modo injungendi, talis esse videtur injungentis intentio. Si dicat elargire eleemosynam pauperi, puto te satisfacturum, si elargiaris extremè indigenti: quia licet alias debuisses, tamen ex modo injungendi non videtur Confessarius te obligare ad non extremè indigentem. At-

e De Lug. de pœn. d.

que ex his poteris non ab similia conjectari.

25. sect. 5.

16 Quoad tertium potest

n. 62 cont.

pro pœnitentia imponi opus

Jo. Sanc.

v g. eleemosyna, vel jejunium,

in select.

vel oratio, vel quodlibet opus

d. 16. n. 1.

pium, cujus satisfactio, nec so-

lum

lum impetratio applicetur à pœnitente pro defunctis. Ratio principaliter est, quia tum illa voluntas applicandi opus dictum pro defunctis, est satisfactoria, & jam remanet pro pœnitente; tum maximè, quia licet à pœnitente tunc applicetur satisfactio talis operis, ex opere operantis, illis Sanctis animabus Purgatorii; tamen satisfactio ejusdem operis, elevati jam per Sacramentum ex opere operato; semper pro pœnitente remanebit: & sic numquam frustrabitur sua parte integrali, (quæ est satisfactio) tale susceptum Sacramentum.

§. 5.

Quando pœnitentia imponi potest.

17 **D**Ebet Pœnitentia imponi à confessario post
X § audita

audita peccata, sed vel ante, vel post absolutionem, dummodo moraliter cum ipsa jungatur. Consultius tamen videtur, ut juxta consuetudinem ritè communiter introductam, imponatur ante absolutionem, sed post exposita peccata.

C A P V T II.

De Pœnitentia solvenda à pœnitente.

§ 1.

An Pœnitens teneatur acceptare Pœnitentiam, acceptatamque solvere.

*a Suarez,
Coninch,
& alii su-
pra cit.*

Pœnitentiam sive medicinale, de qua non est dubium apud DD. si sive in satisfactione tenetur acceptare pœnitens, ratio est quia Confessor potest

potest præcipere, ergo pœnitens debet acceptare. Antecedens colligitur ex Concilio Tridentino, quod docet *b* in Sacerdotibus esse potestatem ligandi, non solum ad infirmitatis medicamentum; sed etiam ad peccati commissi vindictam. Consequencia patet, quia hæc sunt correlativa, potestas præcipiendi, & obligatio obediendi.

b *Trid sessi*
24 c. 8.

2 Hinc sequitur debere impleri talem pœnitentiam (si non detur sub conditione, de quo supra dixi cap. præcedenti §. 1.) à pœnitente, ex se quidem sub obligatione mortali, sed ex parvitate materiæ sub veniali: est autem parvitas materiæ quoties pœnitentia est levis, *c* iuncta propter peccata venialia, vel propter mortalia alias rite absoluta.

b *Idem*
Doct est.

3 Sed triplex est difficultas. Prima, quid si sit gravis, sed impossibilis propter prædicta venialia, vel

X 6 propter

propterritè absolutè mortalia?
 Id quod posset aliquando etiam
 rationabiliter evenire, quando
 scilicet ob multitudinem, vel
 continuationem venialium ita
 expediret: quamvis *d* fatear,
 numquam pro his, Sacerdotem
 obligari gravem pœnam injun-
 gere.

d Coninc.
n. 84.

e Henricq.
cit.

f Idem in
sine Vid.
Dian. p. 3.
ar. 4. res.
 136.

g Suarez,
Coninch,
aliqu; cit.
h Suarez
cit.

4 Respondeo. Quamvis sit
 probabilius *e* tunc obligari sub
 mortali, quia Sacerdos habet ta-
 lem potestatem, & aliunde ma-
 teria jam est gravis; tamen est
 etiam probabile *f* non obligari
 nisi sub veniali, idque saltem
 propter multos Authores *g* ita
 sentientes.

5 Secunda difficultas. Quid
 si sit levis, sed data pro peccatis
 gravibus alias non absolutis?
 Resp. non obligari sub morta-
 li, *h* quia licet causa sit gravis,
 tamen materia ipsa præcepti
 non est ad tantam obligationem
 sufficiens.

6 Tertia

6 Tertia difficultas Potestne
Confessarius imponere pœni-
tentiam gravem pro peccatis
gravibus, sed obligando solum
sub veniali pœnitentem? Res-
pondeo posse. Ratio est, quia
tota obligatio pœnitentis fun-
datur, in voluntate Confessoris,
quasi legislatoris, qui potest
suum præceptum, ut libet; mo-
derari. Hinc obiter collige ra-
tionem hujus gravis obligatio-
nis per nos non oriri ex ratione
Sacramenti, quasi requirentis
satisfactionem pro sua parte ne-
cessario ponenda: ex hoc enim
capite esset etiam obligatio sub
mortali ad exequendam pœni-
tentiam levem pro levibus in-
junctam; sed oritur ex ratione præ-
cepti confessorii ad id potesta-
tem habentis. /

*iSuar. cit.
licet ne
get Vasq.
cit. à Præ-
posit in 3.
part. hic.*

7 Quæres, An opinio illa,
quæ docet pœnitentem non te-
neri acceptare pœnitentiam sit
probabilis? Respondeo, post

*1 L. Suar-
cit. sect. 7.
n. 3.*



de Lug. d. 25. de pœn. sec. 5. r. 68
 n Scotus, Med. Ars
 mill Sylv. cit à Suar.
 hic. Adde Gabr. Ta-
 bienam, Nav. Ho-
 stiens. & Panor. cit.
 à P. Ant. Sanct. in
 manu sc. de Sac. hic.
 V. etiam Dian. 2. p.
 t. 1. Misc. ref. 52. &
 p. 3. tr. 4. ref. 51.
 o Cit. à de Lug. d. 25.
 de pœn. sec. 5. n. 68

Tridentinum multis non vide-
 tur probabilis. Et victoria
 quidem & Vasquez ajunt, post
 Tridentinum esse de Fide, quod
 Sacerdos possit obligare ad ali-
 quam pœnitentiam ; & Suarez
 dicit contrariam opinionem esse
 se temerariam. Aliis verò vide-
 tur etiam post Tridentinum, esse
 probabilis : quia non videtur
 Tridentinum damnare voluisse
 opinionem, quam Doctissimi
 viri n sequebantur. Ex qua opi-
 nione sequitur, quod si esset pœ-
 nitens aliquis, qui nollet acce-
 ptare, paratus in Purgatorio sol-
 vere; non esset ex hoc præcisè
 censendus indispositus (nisi for-
 tè recusare pœnitentiam etiam
 parvam, esset signum non veri
 doloris) nec propter hoc solum
 esset sine absolutione dimitten-
 dus, quia sequitur opinionem,
 quam tanti viri sequuntur. Ca-
 jetanus a addit non solum non
 esse obligationem sub mortali,
 acve-

acc
 acc
 mi
 2
 8
 abs
 eum
 tion
 nec
 tem
 in f
 tiò,
 aliu
 poss
 ctan
 dit
 sia
 9
 bet,
 do C

acceptandi, sed nec implendi
acceptatam: quod sane est ni-
mis ample dictum.

§. 2.

*Quando debet Pœnitentiam ad-
implere pœnitens.*

8 **P**Otest esse difficultas. Pri-
mò, quantũ temporis post
absolutionem (nam sicuti cer-
eum est posse solvi ante absolu-
tionem, sic certum est id non esse
necessarium) Secundò, An in
tempore, quo forte pœnitens sit
in statu peccati mortalis. Ter-
tiò, An in tempore, quo exercet
aliud opus de præcepto: v.g. an
possit recitare coronam injun-
ctam ex pœnitentia dum au-
dit Sacrum de præcepto Eccle-
siæ?

9 Quoad: Primum per se, de-
bet, adimpleri pœnitentia, quan-
do Confessor designat: licet fa-
cile

cile excusari possit à mortali dilatio talis temporis designati: quia communiter Confessarii præceptum cadit potius in rem exhibendam, quam in tempus.

a *Suar. cit. hic.*

Quod si non designat, & ut communiter fieri consuevit; per se loquendo, debet impleri quam primum commode moraliter potest, sicuti obligat votum, aliaque similia: videtur tamen probabile *b* quod dilatio, nisi sit nimia, & ad longum tempus, & nisi ipsa dilatio minuat rem infirmam, non sit mortalis. Sicut idem dicitur de voto absque temporis determinatione emissio, quando dilatio rem promissam non minuit, ut minueret tardus ingressus in Religionem,

b *De Lug. disp. 25. de pœn. sec. 5. n. 92.*

c *De Lug. ibid.*

d *Anton. Fernandes in Instr. Conf. 1. p. docum. 7. §. 2. n. 2.*

Aliqui simpliciter, & absolute extendunt dicta ejusmodi obligationem, ut censeant ad unum annum posse differri, sicuti ad unum annum differri potest obligatio

ligatio confitendi: quod tamen videtur nimis largè prolatum.

10 Quoad Secundum, Dico posse e adimpleri à pœnitente, dum est in statu peccati mortalis: quia quamvis tunc non in statu meriti, tamen est in statu, quo potest præcepto confessarii satisfacere.

e! De Lug. de pœn. d. 25. sect. 3. & comm.

Quoad Tertium, Potest pœnitens f solvere pœnitentiam f Castrop. quando exercet aliud opus de præcepto, si pœnitentia, & distum opus non se invicem excludat, quare dum audit Missam de præcepto, potest recitare v. g. Coronam Beatæ Virginis, non enim hæc se excludunt, &c.

f Castrop. 10. 1. 27. de leg. d. 1. d 20. n. 1.

§. 3.

An possit impleri pœnitentia per alium.

a Vide de Lug. d. 15 sect. 5. de pœn. n. 78.

11 CVM satisfactio sit personalis, communiter a per se ipsum illam pœnitens exhibere

2.
rtali di-
lignati:
nfessarii
in rem
tempus.
ut com-
; per se
ri quam
oraliter
m, alia-
nen pro-
si sit ni-
pus, &
rem in-
s. Sicut
bsque
e emis-
promis-
minueret
gionem,
absolute
i obliga-
ad unum
ficuti ad
test ob-
ligatio

hibere debet: nisi fortè sit Eleemosyna, quæ talem rigorem non requirit. Si tamen judicaverit Confessor, ex justa, & rationabili causa, expedire, imponere satisfactionem implendam per alium, posse non est improbabili-

b *Suar. d. le. 6*

*cit. 38. de
pæn. sec. 9*

*c. De Lug.
d. 36. de
pæn. sec. 5.
n. 87.*

12 Hinc infertur illum, qui redditus est impotens ad pœnitentiam sibi impositam implendam, non teneri ad illam implendam per alium, etiam si commodè id facere possit. Ratio est, quia præceptum non facit de procurando alieno jejunio. v. gr. sed de jejunio proprio; quod cum poni non possit, cessat obligatio.

§. 4.

Ad quid obligetur Pœnitens, si pœnitentiæ obliviscatur.

13 **E**odem modo qui oblitus est pœnitentiæ sibi impositæ, manet liber ab obligatione

tione a præcepti Confessarii, a *Idem ib.*
quamdiu non recordatur, & me-
morem Confessarium consulere
non potest. Nec tenetur Con-
fessionem repetere, ut iterum
pœnitentiam recipiat. Quæ qui-
dem vera sunt, etiamsi culpabi-
liter, oblitus sit pœnitentiæ;
tunc enim satis erit b con- *b Vas. cit.*
fiteri peccatum illius obli- *q 94. ar. 1.*
vionis culpabilis. Ratio horum *dub. 4.*
est, quia non plus tale præce-
ptum, saltem sub morali, obli-
gat, quam cæteræ leges, ac præ-
cepta, ut supra dictum est: quæ
dum ignorantur, obligare ne-
quaquam possint.

§. 5.

*Qua ratione obigetur pœnitens ad
circumstantias operis impositi
à Confessario.*

14 **S**I impositum sit v. g. reci-
stare aliquot Coronas an-
te talem imaginem, vel flexis
genibus;

a *De Lug.*
ci n. 91.
b *Sua*. l.
4 *in Dec.*
c. 12 n. 8.

genibus; an satisfaciat pœnitens ante aliam imaginem, vel stando, &c? Distinguendum est, a sicuti solet distingui de voto b
Quando enim res promissa est gravis, & circumstantia levis, ut communiter est in dicto casu, de recitatione coronarum ante talem imaginem; obligabitur pœnitens ad illam circumstantiam, solum sub veniali: at quando circumstantia est gravis, ut si in tali imagine esset particulare obsequium, propter concursum, vel aliud simile, etiam alicui videtur esse in recitatione coronarum flexis genibus: tunc obligabitur etiam ad illam circumstantiam sub mortali. Atque hinc etiam colliges. An liberetur pœnitens ab obligatione ponendi pœnitentiam quando non potest ponere circumstantiam adjunctam à Confessario. Regula enim desumenda est ex

c *Ib. Sãc.* simili paritate voti. c Et breviter

ser totum negotium colligen-
dum est ex intentione confessa-
rii? *dimponentis pœnitentiam:*
si enim ex conjecturis colliges
ejus intentionem solum fuisse
ad substantiam operis, etiam
cessante circumstantia, dum
hanc non potes, illam debes, se-
cus non item.

*d De Lug
cit. n 94.*

C A P V T III.

De commutatione Pœ- nitentiæ.

§. I.

*An Pœnitens sibi commutare
possit pœnitentiam à
Confessario im-
junctam.*

Dico non posse. *Ratio a Sanch.*
est, tum quia nemo po- *Regan Co-*
est commutare præceptum Su- *ninc, ali-*
perio-

que quos
cit. sequi-
turque De
Lug. d. 25.
de pœnit.
sect. 6. n. 9
quidquid
dicat Por-
tell. &
Dian. cit.
ib. ab eo-
dem n. 36.

perioris, etiam in melius; v. gr. non potest fidelis commutare auditionem Missæ die festivo in opus quodlibet illa auditione excellentius: quia non est Superior. Tum quia in casu nostro illud opus quod à Confessario imponitur, elevatur virtute clavium ad hoc, ut sit opus Sacramenti, non verò illud à te susceptum.

16 Dices. At est sententia probabilis, quod quilibet possit sibi commutare votum in opus æquale, vel saltem in melius. Respondeo, in voto ipse vovens est loco Superioris sibi legem voti imponens; & opus ex voto non debet elevari virtute clavium, quæ aliter se habent in casu pœnitentiæ, ut dictum est,

§. 2.

An alius Confessarius possit commutare pœnitentiam audita Confessione.

17 **P**Otest esse difficultas, vel Primò de confessore æquali, hoc est de Confessore, qui valet absolvere eadem peccata, quæ potuit prior. Secundò de Confessore inferiori, hoc est qui non valet absolvere eadem peccata, quia scilicet sunt reservata, quæ tamen potuit prior, quia erat vel Superior, vel delegatus ad reservata.

8 Quoad primum, Confessor secundus æqualis, si audiat eandem confessionem, quam audiit prior; potest commutare a vel minuere pœnitentiam. Ratio est quia secundus Confessor succedit loco prioris, quare sicut prior poterat minuere sententiam

a Suar. d. 38. sect. 10. n. 4. & commun. Recent.

§. 2. An

riam à se datam; sic hic poterit
hic posterior.

b De Lug.
de 1 cen.
sec 6. d. 25
n. 10.

19 Quoad secundum licet
probabilius sit b non posse, quia
inferior non potest, propter
limitationem absolvendi, quam
habet, succedere loco superioris,
tamen quia ablata reservatione
per primam absolutionem, jam illa
peccata non sunt ulterius reservata,
potest dici, quod jam inferior,
respectu istius peccati, habet
sufficientem jurisdictionem, & consequenter
poterit, audita confessione, &
hic etiam commutare, vel minuire
pœnitentiam.

c Vasq.
Henriq.
Nav. ct.
à De Luig.
ib. n. 103.

§. 3.

An possit alius Confessarius commutare
pœnitentiam, non audita Confessione.

à De Lug.
ib. n. 100.

Certum est posse a secundo
Confessario commutare primam pœnitentiam.

non obligare, quando erat irrationabilis, vel quando postea casu aliquo est irrationabilis reddita. Immò id poterit quilibet vir doctus deliberare: quia non est actus jurisdictionis.

21 Difficultas igitur est, an quando alius Confessarius, sive superior, sive juxta paulò antedicta, inferior, velit commutare, vel minuere pœnitentiam id debeat semper facere, audita iterum confessione peccatorum, pro quibus erat imposita?

22 Dico, licet probabilius sit debere id facere, audita iterum confessione, tamen est etiam probabile posse non audita. Ratio est, quia secundus Confessarius, cum sit Medicus, & judex pœnitentis; potest de tota simul causa, juxta præsentem pœnitentis dispositionem, judicare, prout magis videbitur expedire. De tota autem simul judicat, quando nulla repetita confessione,

Y siane.

sione, iudicat nunc non expedire talem pœnitentiam.

23 Ex quo sequitur, quod iustam ob causam, cum scilicet pœnitens secundo Confessario dicit, se vel non posse, vel difficulter posse pœnitentiam exple- re: immo cum ipse Sacerdos advertit pœnitentem non implevisse, timetque non impleturum; posse, prout magis in Domino expedire ipsi videbitur, si non ob aliam rationem, certè ad facilitandum usum tanti Sacramenti, commutare pœnitentiam.

24 Idque non solum intelligo de pœnitentia verè iudicativa, hoc est satisfactiva pro pœna à pœnitante debita; sed de medicinali, & præservativa; dummodo in aliam medicinalem, prout prudentis arbitrio expediens videbitur commutatio fiat, &

Vnum hic addit Io. Valerius & hoc est posse eundem Confessorem commutare pœnitentiam

*d Bon. de
pœn. d. 5.
q. 5. sect. 3.
p. 2. n. 5.
e Jo. Val.
in diff.
ver. for. v.
Iudex
§ 13.*

etiam sine causa ; quia sicuti fuit
in eius arbitrio (intellige ratio-
nabili) illam ponere ; ita &
illam commutare ; cum una-
quæque res per easdem causas,
per quas nascitur , per easdem
dissolvatur ; sed cum petitur
commutatio ab alio Confessa-
rio ; requiri causam , modo jam
dicto.

§ 4.

*Quando commutari Pœnitentia
debeat.*

25 **S**Vperest jam quærere quã-
do fieri debet talis com-
mutatio : in ipsa secunda con-
fessione ; an possit extra confes-
sionem ?

In quo certum sit , eundem
Confessarium , posse etiam post a *Salas,*
longissimum tempus ; a *Ratio quem cit.*
est , quia talis commutatio , cum *sequiturq;*
pertineat ad idem iudicium ejus *De Lug.*
dem Confessoris ; semper fa- *de pœn d. 2*
ciet unum cum præterita con- *sec. 6. n. III*
fessione ; atque adeo censetur & *III.*

pertinere ad idem Sacramentum, & fieri intra illud, ut evenit in satisfactione, quæ exhibitæ post longum tempus, facit unum cum præcedente Confessione.

*b. De Lug.
de pœn. d.
25. sec 6.
n. 110.*

26 De alio, seu secundo Confessario, certum sit non posse extra Confessionem commutare pœnitentiam ab alio injunctam. Ratio est, quia Sacerdos non est Iudex, nec ullam habet potestatem, nisi dum est in hoc tribunali: sed nullo modo censetur esse talis, nisi dum administrat Sacramentum: ergo, &c.

c. Item ib.

17 Dices: At votum commutari potest, & absolutio à Censuris fieri item potest; extra Sacramentum. Respondeo posse quidem, quia id dependet solum à potestate, quam habet Summus Pontifex, quamque aliquando communicat aliis: at commutatio procedit ex potestate sacramentali, ut dictum est.

LIBER